COLAI

OPERA.

MUS V.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani

Henrici Nicolai

1. Theologiae Epitome.
2. Exercitatio de Methodo Trinitatis.
2. b. Rotgeri zum Bergen Epistolium ad Henricum Nicolai.
3. Exerc. de Medio Religioso et Theologico.
4. Ex. de Conciliatione Enunciatorum.
5. Miscella Theologica.
6. Ex. de non liquendo.
7. Irenicum defensum et explicatum.
8. Irenicum defensum et explicatum continuatum.
9. Exercitatio de Ahasvero Esthero.
10. Exerc. de Symbolo Athanasii.
11. Erklärung der Schrifft im Prediger Salomo IV. 4.
12. Tractatus de Pane, Editio emendata.
13. Protestatio super nova Editione Tractatus de Pane.
14. (Georgii Rheti Viduae Reprotestatio antecedenti Protestationi opposita)
15. Protestatio defensa.
16. Oratio de Philosophiae Studio cum Theologia conjungendo, praemisso Programmate.
17. Cursus Philosophicus.
18. Exercitatio de Subjecto et Adjuncto.
19. Exerc. de quotidiana Telluris revolutione.
20. Ex. de Astrologiae Veritate, licitaque apud Christianos ratione.
21. Tr. de Modis praedicandi.
22. Tr. de Comparativarum Enunciationum expositione.
23. Rotgeri zum Bergen Res Sacra Amicus sive Epistolium ad Henricum Nicolai.
24. Godofr. Zameli Hymenaei Tumulus.

D. O. M. A.

Protestatio Defensa

Super Tractatu

DE PANE.

Adversus famosam ac virulentam chartam
Sub titulo Reprotestationis noviter
Gedano eiectam
Necessitate extorta ac suscepta

Authore

HENRICO NICOLAI
Theol. & Philos. apud Elbingenses
Profess. Honorario.

ANNO 1651.

LECTORI CHRISTIANO ET ERUDITO
S. & Pacem.

NEmo ita malus, *Erudite Lector*, ut videri velit esse. Tractatus meus *de Pane* iniquê exceptus, non plenè editus est. Improbavi factum, & jure questus. Sed â quib⁹ causa, mali quid egisse videri nolunt. Tyria maria commoverunt, & famosâ ac immani reprotestatione querelam fodicare aggressi sunt. *Arguor*, in editionem consensisse, eam flagitasse, exemplaria poposcisse, pani viduo invidisse, duplicem calamo & affectu esse. Miratus virulentiam chartæ, pleraq; enim falsa, multa indigeste confusa scio. *Principium editionis* omninò me inscio occupatum, consentire eò non potui. In ipsâ Typographiâ protestaturum me dixi, nec pro meo habiturum, quod clam me citra revisionem edi ceptum esset. Ferre tamen coactus sum 5. aut 6. duerniones jam editos, quos mutare nequii. *Postea* literis in titulum & carmen consensi, quod fateor. Sed *ut dedicatio, & index totus rerum* subverterentur, scire nequij, eoq; nec consentire. Me enim absente id factum. Et carmen relictis istis apponi debuit, cũ duobus distichis absolvatur non expulsis. Etiam ut 6. duerniones primi sine ullâ revisione relinquerentur, consentire nunquam intendi. Speravi ad revisum exemplar, quod communicari, & ista, & totum tractatum ipsos edituros, aut minimum *ad calcem revisiones subjuncturos*. Monuisse debuissent, si omittere voluissent: sic ego jussissem apponi. Eorum, quæ ignoro, curam habere, aut jussum expedire non possum. Nunc

in

inexemplar ita truncum me conſenſiſſe, alieniſſime mihi imponitur. Reviſum in ipſis primis theſibus mutationes habet, quæ hic deſiderantur. *De diſtinctis hic diſtinctè judicari fas eſt*, & conficta duplicitas mei facilè in ſpongiam incumbet. *Totum opus* ad reviſum pro meo intento edi debuit, non particula ejus. In principio conſenſum vivi authoris habere, aut abſentis reditum præſtolari æquum fuit. Non ad Garamantas abierat; In Pruſſide manſerat. *Sacrilegij* vocem utinam res ipſa DEI nomen avulſum concernens non poſtulaſſet! Verba factis æqualia ad nuneratum veniſſent. Facta caveant, qui de verbis pavere præſumunt. *De meritis* meis in literas non Idiotarum aut typothetarum eſt judicare, nec deterent ea. Ipſe Tactat. editor nî plauſum & præmium ê meis exſpectaſſet, ad edendum lentus proceſſiſſet. Meliùs de illâ ipsâ Typographiâ per annos 20. ſcripta mea ſatis, niſi erubeſcat fateri, illi lucroſa promeritus ſum, quàm ut tàm indignis modis ab impio aliquo alaſtore per eam lacerarer. *Panem viduum* intervertere nunquam animum meum ſubijt. Antehac promoviſſè manifeſtus ſum, & ſatis è ſcriptis meis acquiſivit. Editores in cauſâ, ſi mutilando inter verſ⁹. Ego indicium pro non agnoſcendo meo tantum feci, non pugnam adornavi. Sed merx ipſa emptorem inveniet, etiam non curatâ, ut arbitror, proteſtatione. Securos eſſe jubebo. *Cū quoquam* contentionis funem ducere, aut mulierem in hoſtem poſcere, vana & Sabinorum ſomnia ſunt. Cum editione res fuit, in quam ſcribſi & improbavi. Viduam antehac meritis proſecutus ſum, ut notum. Sed gratia impij damnatiq; mundi ea in meritos eſt, abundè mihi hactenus obfuſa, cui Deus ſuo tempore juxta facta retribuet. *Augere me mea*, corrigere, li-

mare

mare, mihi alijsq; licitum, *Auguſtinus, Luth. Philippus, alijq;* centeni exemplo præjverunt. Non jura à Typographis expectanda, nec duplicitas metuitur, nec contrarietas elicitur. Aboletur n. prius, quod poſtea ſuccedente emendatione perficitur. *Cætera* impotentis animi convitia, quiſquis Alaſtor ſcriptũ ſarcinavit, nã viduam & thypothetas ejꝰ nec lingvæ, nec rerum gnaros, exemptos ſcio, reſponſo indigna ſunt. Satiꝰ convitiantis malitiam ſilentio ſpernere, quàm loquendo dementis inſaniam promovere eſt. *Exemplariâ* jure, ut reviſionis præmia, poſtulare potui: ſed reviſioni reſponſura expectavi, Conſenſꝰ probatæ mutilationis ſtolidè inde colligitur. *Moneri me* ſuperfluũ, qui benè memini, quid mei ſit, De meis malè habitis dolore percelli, idq; indicare, æquum, nulli prudenti inſequius excipietur. Monendi ipſi ſunt advertant, *Ædibus in proprijs quæ recta aut prava gerantur.* Neq; deſignent quod velint, ſed quod deceat. Factis abſtineatur. Verborum formam factorum innocentiã comitari & conveniens erit, & conſequens. Si edere mea velint, *ut à me reviſa, cum adnexis olim contentisq; edantur* non addatur, nec detrahatur. Materias ipſe ſuppeditaturum promiſi, ne in viduam livor odiumvè prætexatur, Quiſquis editor fuerit, pari cum cæteris jure libertatis edendi cenſebitur, dum certæ editionis occaſio commonſtretur. Hæc ad dentatam & impiam chartam non neſcire Te volui, *Lector erudite*, De cœtero, cum nullo Anonymo convitiatore certamen aggreſſurus, ſolo contemptu ab ingratis hominibꝰ me vindicaturus. Longè enim melioribus tempora mea impendere didici, Interea DEo Verboq; gratiæ ejus fideliter Te, optime Lector, reſigno Elbingæ, 20, Septemb. Anno 1651.